



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

Cap. 15. Circa communicantium quoad corpus dispositionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80513](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80513)

CAPVT XV.

Circa communicantium quo ad corpus dispositionem.

PROBL. LXIX.

Pollutio impedit, & non impedit, sub veniali saltem communionem.

326
ultimus
quid sit
mali

QUORUM de Pollutione inuoluntariâ vel voluntariâ, cuius culpa iam remissa est per penitentiam Sacramentum. Impedit ne aliquis illa scditas, quam post se relinquit, ne eodem die possit quis Eucharistiam accipere? Nullatenus impedit, Quia cum iam nihil culpabile superfit, & homo possit eadem reuerentiâ, & deuotione communicare, quasi nihil tale precessisset haud impedit, quominus iste dignè communique. Nihil enim aliud Apostolus, & Tridentinum præquirunt. Itaque non solum sine veniali piaculo, imò laudabiliter ille recipit Eucharistiam. Sic Ioann. Sanctius *sest. d. 2. 3. num. 2. 2.* Diana *part. 3. tract. 4. resol. 30.* non refellit.

327
in veniali
mali

Impedit planè aliquis illa scditas, vnde veniale peccatum est post pollutionem saltem culpabilem eodem die communicare. Quia ex pollutione mortali sic manet distracta mens, sic inordinatus affectus, ut non possit moraliter homo intra diem accedere sine irreuerentiâ, quæ sit veniale piaculum. Ità Marten *tom. 4. d. 35. sect. 5.* Nussius, Ioan. de la Cruz, Ochagau. quos sequi videtur Diana *part. 3. tract. 1. 3. resol. 65.* Favent Augul. *ser. 244. de Temp. Gregor. resp. 11. ad Augul.*

328
homo ex
mali

Existimo, præcisè propter scditatem, seu maculam pollutionis haud esse communionem omittendam etiam ex consilio. Quia verè post tractatam pollutionem, si non maneant alij distractionis, vel commotionis effectus, nihil videtur remanere, quod impediat communionem, qui non aliter se sentiunt dispositos, & deuotos, ac si nil tale contigisset. In hoc verum continet prima sententia, & fatentur Suar. *d. 68. sect. 2.* Coninch. *q. 80. m. 42.* Card. de Lugo *d. 15. n. 9.* Quando verò pollutio relinquit distractionem mentis venientem, & turpem carnis commotionem, vnde sit homo minus aptus ad res diuinas tractandas: vel erit veniale piaculum communicare, si rapiatur animus ad voluntarias distractiones; vel si non admittat illas sponte, quamvis non sit veniale peccatum communicare, consultius erit abstinere, donec talis euagatio, seu commotio sedetur ut deuotè, ac attentè communicet. Quorum iudicium prudenter linquerem Confessario.

PROBL. LXX.

Graue peccatum est, & graue peccatum non est, post minimum cibum, aut potum, Eucharistiam accipere.

NON est graue peccatum sed leue solummodo. Quia parua materia non soluit naturale ieiunium nisi leuiter, nec opponitur notabiliter præcepto, vel fini, subtrahendi nimirum alimentum corporale fidelibus, donec spirituale accipiant. Moraliter enim adhuc censetur corpus incitatum, quatenus parum pro nihilo reputatur. Et quia paruitas materiae reddit veniale peccatum, quoties dissonantia rationis, vel cum ratione in indiuisibili non consistit. At sic est in præfenti, quia tam ex parte ieiunij, quam ex parte irreuerentiæ consecuta ad communionem post cibum datur latitudo dissonantiæ leuis, & grauis. Ergo sicut parum cibi, vel potus esset leue peccatum contra ieiunium naturale, quando istud ex voto, aut præcepto deberetur: sic etiam irreuerentia communionis post illam leuem ieiunij violationem, leuis erit omnino. Sic quidam, quos pressio nomine Suar. *d. 68. sect. 4.* Horum autem sententiam Zacharias Pasqualigus *decis. 335.* dicit esse probabilem.

329

Non est graue peccatum.

Mortale peccatū est, communicare post quantumlibet minimum cibum, vel potum qui naturale ieiunium quomodolibet soluerit. Quia hoc præceptum non prohibet per se directè cibum, & potum: sed communionem post ieiunium solum: vnde post minimam etiam quantitatem sumptam per modum cibi, aut potus; Communio verò semper est materia grauis: Ergo semper erit mortale peccatum communicare post solum ieiunium; quia grauius Sacramenti reuerentia ladicur per hoc præceptum indicta, dum Christus sumitur post cibum aut potum corporalem siue magnum, siue paruum. Et quia Ecclesiæ praxis, & communis sensus Doctorum sic hoc præceptum interpretatur, ut post quemlibet etiam minimum cibum, aut potum etiam inaduertenter sumptum, imò inuitè, non valeat quis sine graui piaculo Eucharistiam accipere. Ità Vasq. *d. 211. n. 28.* Suar. *cit. Fagund. præc. 3. l. 3. cap. 5. n. 24.* Card. de Lugo *d. 15. n. 22.* Bonac. *d. 4. q. 6. punct. 2. n. 6.* Diana *p. 5. ar. 5. resol. 12. & p. 6. ar. 8. resol. 8.*

330

Graue peccatum.

Profectò, (ut quid sentiam, exponam) aliud est, an hæc vel illa materia ob suam paruitatem, ac modum sumptionis ieiunium naturale violet, (de quo infra.) Aliud est, supposita iam violatione ieiunij naturalis per veram manducationem, aut potationem etsi minimi cibi, vel potus, an sit mortale communicare? quod nullus, quem nominatim nouerim, negauit: nec probabile reddunt Pasqualigij argumenta. Quare censeo contrariam sententiam haud esse practicè probabilem. Nam etsi paruus cibus, aut potus soluat naturale ieiunium leuiter, verè tamen soluit illud ita ut verè iam sit homo non ieiunus. Vnde si tunc communice, verè communicat non ieiunus, atque ideo grauius peccat contra Ecclesiæ præceptum.

331

Primam sententiam etiam non valeant damno puto.

ESCOBAR
Theol. Moral.
Tom. II. IV.
F. IV.

PROBL. LXXI.

Qui deglutiit aliquid non comestibile, scilicet osciculum, frustulum metalli, papyrus, cretam, ungues, vel quid simile; potest, & non potest communicare.

332
Nonnulla praemittit.

AD elucidationem Problematum sequentium praemittam, duo requiri à Doctoribus ut ieiunium naturale violetur. Primum est, ut aliquis cibus, vel potus humanus sumatur: talis autem est, qui non solum in alicuius animalis, sed in hominis stomacho naturaliter alterari potest, & ad ipsius nutritionem ordinari. Secundum est, ut talis cibus, aut potus per actionem, quae propriè sit comestio, vel potatio, sumatur, non respiratio, non traectio saluæ, non olfactio, vel similis. Propriè verò comestio, vel potatio sunt actiones, quibus cibus, aut potus extrinsecus accepti constituuntur in statu proximo, ut possint nutrire, quatenus humano modo deglutiuntur, & traiciuntur ad stomachum via naturaliter destinata nutritioni, scilicet per os, & palatum. Lege sapientissimum Cardin. de Lugo *dist. 15. sect. 2.*

333
Communio, a re non potest.

Igitur ad quaestionem. Qui praefata deglutiit, communicare non potest. Quia aqua non nutrit, & tamen impedit communionem; venenum ad nutritionem non ordinatur, & tamen impedit Eucharistiam recipere. Ergo similiter quod non est comestibile, seu nutritivum, si sumatur, impedit. Et quia foeminae comedentes terram, carbonem, argillam, vel ob gustus delectationem, vel ad minuendum colorem per modum medicinae non possunt communicare: ergo nec comedentes cretam, papyrus, & similia. Sic Henricus *lib. 8. c. 49. n. 2.* Fagundus *praec. 3. l. 3. c. 5. num. 5.* Layman *lib. 5. tract. 4. cap. 6. numer. 18.* Reginaldus *lib. 29. num. 118.* Praepositus *quæst. 80. art. 8. dub. 1.* Nunus ibi.

334
Potest communicare.

Qui praefata deglutiit, communicare potest. Quia sacri Canones solum exigunt, ut nullus cibus, vel potus ante communionem absumatur; sed quod ex sua natura non est homini comestibile, seu potabile, non est propriè cibus, aut potus humanus. Ergo licet sumatur aduertenter, & in magna quantitate, nec soluit naturale ieiunium, nec impedit subinde communionem. Ita Ioan. Sanch. *d. 4. 2. n. 23.* Diana *p. 2. tract. 14. resol. 5. 2. & p. 3. tract. 4. resol. 18.* Card. de Lugo *cit. n. 29.* Vega, Ledesma, Ludou. de S. Iuan, quos Sanctius sequitur.

335
Cum his opinor, magis explicitans quaestionem.

Cum his opinor putans quidem. Aquam et si directè non nutrit, valde tamen nutritionem iuvare, esseque propriè potum humanum, quem Ecclesia directè prohibet ante communionem. Venenum alicuius Pasqualis, ieiunium non solvere naturale, nec communionem impedire, quia naturà suà in cibum non ordinatur humanum. Mihi autem videtur, Venenum semper continere partes aliquas, quae sunt ex naturà suà cibus humanus, & ideo solvere naturale ieiunium. Item negat, terram à foemina absumptam non violare, quoniam terra non est propriè cibus humanus, sed semper est elementum purum quod ab humano stomacho alterari non potest.

Dubito planè, quia nunquam terra sic est elementum purum, ut non habeat partes aliquas alterabiles ab humano stomacho. Vnde post talem comestionem, ego communionem prohiberem. Ioannes Sanctius concedit, avellanam integram, pineam, nucem si cum cortice deglutiuntur naturale ieiunium violare; nam illa materia comestibilis est. Dubitarim profectò: nam ea, quae degluta postmodum integra emittuntur, quia ab humano stomacho alterari non possunt, nec sunt humanus cibus, nec ieiunium naturale solvunt.

PROBL. LXXII.

Sumptio Tabachi vel in folio, vel in fumo, vel in pulvere impedit, & non impedit communionem.

Impedit quidem. Quia ad violandum naturale ieiunium, sufficit, aliquid etiam non comestibile in stomachum fuisse traectum. Et quia folium Tabachi receptum in os aliquem succum derivat in stomachum, quo naturale ieiunium violatur. Pulvis etiam si per nares sumatur aliquis decidit in stomachum. Fumus pariter ad stomachum pervenit, & aliquomodo nutrit, ut multorum experimento, qui solo fumo victitant. Et quia duo Concilia scilicet Limense *III. aet. 4. c. 20.* & Mexicanum *III. l. 3. tit. 15. §. 13.* sub grauitate ante celebrationem Missae, vel communionem Tabachi sumptionem prohibuere. Ergo dignouerunt, inibi culpam grauem ob communionem post ieiunium violatum. Sic Anton. de Leon *qq. de Chocolate p. 2. §. 4. n. 10.* & alij.

Haud impedit communionem. Quia quando folium Tabachi in ore retinetur sine deglutiendi voluntate, solum causare potest traecionem alicuius humoris ex capite ad stomachum defluentis, quae non violat naturale ieiunium; sicut nec aliquis Tabachi succus per modum saluæ traectus. Quando Tabachi pulvis per nares sumitur, non violat ieiunium naturale, quia illa sumptio non est comestio, cum non fiat per os. Fumus verò licet per os sumatur, non tamen descendit in stomachum sed per nares erigitur. Imò quamvis aliquis illius descenderet in stomachum, & nutreret, non recipitur per veram comestionem, sed per respirationem, quae ieiunium non violat. Ita Alphonsus de Leon *de offic. Capellani q. 8. sect. 17. casu 2. n. 134.* Pasqualis *decis. 333. & 334.* Diana *p. 5. tr. 13. resol. 1.*

Mea sententia est, Tabachi Folium ore sumptum, & ex industria transmissum ad stomachum, ieiunium solvere & communionem impedire; quia huiusmodi sumptio est vera comestio. At si retineatur in ore sine traiciendi voluntate, ieiunium non solvere; quia licet attrahat aliquem humorem, cuius pars ad stomachum descendat, hic non recipitur ab extrinseco: & quamvis aliquis succus deglutiatur, per modum saluæ traecitur. Porro si Tabachus sumatur per nares non soluit, ob secundae sententiae fundamentum. Si demum sumatur in fumo multo minus; quia Fumus non est cibus, nec potus. Itaque communem modum sumendi Tabachum in folio, in pulvere, in fumo, nec violare naturale ieiunium, nec

Sectio II. De Eucharistiâ, Problemata. 67

nec communionem impedire iudico. Monuerim tamen sumptionem eius communiter talem excitare facerem, & immundam purgationem, utinde merito communionem impediat ob indecentiam & irreuerentiam, quæ veniale placulum sit, & aliquando ob indecentiam gravitatem possit levis culpæ metas transilire.

PROBL. LXXIII.

Reliquia cibi præcedentis diei remanentes in dentibus, aut gingivis, & traiecta ex industriâ post mediam noctem; impediunt, & non impediunt communionem.

339 **S**i casualiter autem certum reor non impedire, quia tales reliquæ ad comestionem diei pertinent præcedentis, quæ iam illum cibum masticant, & per accidens totum non deglutitur. Quid si ex industriâ traiciantur? Violant ieiunium. Quia talis actio censetur nova comestio, cum ex vi prioris non sequatur, sed novâ voluntate fiat. Quamvis enim præceptum non obliget ad illas de dentibus extrahendas, ut expuantur: nam omittimus nos in his habere, non est comedere, sed reliquias cum salivâ traici, quod non rollit naturale ieiunium, cum sit quasi moraliter connexum cum noctis prælapsæ cœna. At quando reliquia iam de dentibus extracta sensibilibiter habetur in linguâ, v.g. granum anisij, vel quid simile, quod possit expui facile, vult aliquis ex industriâ deglutire, vel retinere, ut cum salivâ traiciatur: censetur sponte violare ieiunium per voluntariam comestionem. Sic Filliuc. *tract. 4. n. 226.* Reginald. *l. 29. n. 119.* Præposit. *3. p. q. 80. art. 8. dub. 1. n. 40.* Laym. *l. 5. r. 4. c. 6. n. 18.* Card. de Lugo *d. 15. n. 36.*

340 **N**on violent ieiunium. Quia cum tales reliquæ siue parvæ, siue magnæ non ab extrinseco recipiantur hodie, sed heri tanquam partes externæ comestiois sumptæ ceperint masticari: semper retinent morale comestionem cum illâ; unde licet sensibilibiter habeantur in linguâ, & ex industriâ deglutiantur, non constituunt novam comestionem moraliter, sed hesternam complent. Itâ Henric. *l. 8. c. 5. Summ. 4. lit. F.* Ochagau. *tr. 2. de Euchar. q. 1. n. 7.* Ioan. de la Cruz, Molfes. Picigian. quos sequitur Diana *p. 3. r. 4. resol. 37.* & *p. 4. r. 4. resol. 104.* Tabie. *v. Communicare, num. 49.*

341 **E**xistimo hæc reliquias quantum commodè fieri possit, expui debere. At si ex industriâ traiciantur, cum probabilitatem secundæ sententiæ abnegare non possim, iudico non solum non esse damnandum peccati mortalis illum qui hæc reliquias traiciens communicare accedit: sed nec peccati venialis. Quia si verè non violat (Dianæ amici veniâ) naturale ieiunium, ut ipse proficitur, non est cur vel venialiter communicando delinquat. Si verò circa præceptum hoc non datur veniale peccatum ex parvitate materiz, si post voluntariam reliquiarum traicionem communicare peccatum esset, non foret veniale, sed mortale.

PROBL. LXXIV.

Quis noctu saccharum, aut quid simile in os mittit, ut paulatim liquefiat, & ex industriâ post mediam deglutit noctem: Hic violat, & non violat naturale ieiunium: Potest, & non potest communicare.

Ieiunium natule non violans, communicare potest. Quia ad ieiunij violationem requiritur cibus eodem die sumptus ab extrinseco: & in hoc casu nullus cibus exterior recipitur, sed qui fuerat receptus paulatim liquefit, & per modum salivæ traicitur. Sic Tabie. *v. communicare, n. 49.* Bartol. ab Angelo *dial. 4. §. 2. 14.* Probabile censet Amicus *rom. 7. d. 27. sect. 1. n. 5.*

Ieiunium naturale violans haud potest communicare. Quia id, quod post mediam noctem traicitur vel casu, vel industriâ planè non est cibus prælapsæ reliquæ, sed pars eius cibi, cuius comestio fit per continuam liquefactionem, & traiectionem. Etenim cum illud mittatur in os, ut paulatim deglutatur, ex intentione fumentis tandiu durat eius comestio, quandiu liquefactio, & traiectio: nec finitur, donec totum traiectum sit, aut emissum ex ore. Comedit igitur post mediam noctem, qui tunc illum liquorem deglutit. Itâ Suar. Vasq. Coninch. Reginald. Bonac. Ioan. Sanctius, & alij, quos refert, & sequitur Diana *p. 2. r. 14. resol. 51.* & *p. 7. r. 12. resol. 10.* Card. de Lugo *d. 15. n. 37.*

Profecto continuare comestionem sacchari inceptam iudico vere esse considerare. Secus est in reliquiis, quæ sumptæ sunt pro cœnâ præcedente, cuius complementum sunt ex primaria fumentis intentione. Si quis verò post mediam noctem in ore reperiat quod primâ nocte sumptus, & materia sit talis, ut liquefieri nequeat, extrahens illam manet ieiunus. Secus si liquefieri possit, & probabile sit, aliquid fuisse post mediam noctem traiectum.

PROBL. LXXV.

Neceffe est, & necesse non est, cibum esse digestum, vel dormiisse post Cœnam, ad Eucharistiam recipiendam.

Suppono, Ecclesiam Romanam diem à mediâ nocte incipere. Ea idè si post mediam noctem aliquis sumptus sit aliquid per modum cibi, aut potus haud potest eodem die communicare. Planè Ecclesiastica hæc consuetudo in naturâ fundatur, nam tunc incipit Sol ad nos redire. Igitur ad questionem: necessarium est cibum esse digestum, & dormiisse post Cœnam, ad Eucharistiam recipiendam. Quia hic facerimus cibum haud est cibus profanis immiscendus. Et quia textus in Cap. *Tribus gradibus* punitur Sacerdos, qui post cibum in tabernâ sumptum nocte præcedente, mox ad publicam Missam cantandam. Sic Gloss. in cap. *Nihil 7. q. 1. propter* Cap.

ESCOBAR
Theod. Mor.
Tom. II. IV
F. IV

68 Theologiae Moralis Lib. XX.

Cap. Tribus gradibus, de consecrat. dist. 2. & Glor. in Cap. si confiteris, de accusat.

346 *Necesso non est.* Nihil refert ad communionem, utrum post cibum, aut potum ante mediam noctem sumptum homo dormierit, vel cibum digesserit, quantum ad praecepti rationem. Quia absolute dicitur ieiunus, qui post mediam noctem nihil sumpsit: quamvis antea cibum non digesserit. Ita communiter Doctores cum D. Thomâ 3. p. q. 80. art. 8.

347 *Hoc certum.* Hoc profus certum, quia nullo iure precipitur ille somnus, vel digestio: nec finis praecepti, scilicet apta dispositio communicantis ieiuni cadit sub praeceptum, sed sola materia: nimirum nihil post mediam noctem comedis, vel bibisse. Dixi, *Quantum ad rationem praecepti*; quia quantum ad rationem decentiae pertinere quis dulcet, si quando ex carentia somni, vel digestio- nis grauem mentis perturbationem quis patiat- tur. Et ideo censuerim, punitum fuisse Sacerdo- tem illum propter irreuerentiam, cum totam no- ctem in taberna bibulus transegisset.

PROBL. LXXVI.

Dubium quis habet negatiuum circa ieiunium: potest, & non potest Eucharistiam recipere.

348 *In dubio negatiuum communicare potest.* Libi dixi dubium esse posse vel negatiuum vel positium. Communicare potest, qui dubio negatiuo distrahitur. Quia in dubio melior est possidentis conditio; sed quilibet fidelis possidet ius communicandi, dum de aliquo impedimento non constat. Ergo dum est dubia violatio ieiunii, communicare poterit: non enim impedit nisi comestio eiusdem diei certa. Si dubium sit, an aliquid traiecerit, communicare etiam poterit. Quia tunc possessio stat pro libertate, atque prohibenti communionem incumbit onus probandi ieiunii violationem, quae in dubio negatiuo non probatur. Sic Laym. Lucius, Ioannes Sanctius quos Franc. de Lugo meus sapientissimus Magister retulit *tr. de consecr. cap. 2. q. 30. n. 175. Martinon tom. 4. d. 35. n. 65. Diana part. 3. tract. 4. resol. 29. Card. de Lugo d. 15. 43. & 44.*

349 *Non potest communicare.* In utroque casu communicare minime potest. Quia ieiunium naturale requiritur ut dispositio communioni necessaria, sicut requiritur peccati mortalis confessio. At ad recipiendum Sacramentum certum non sufficit dispositio dubia. Sicut ergo siue sit dubium negatiuum de confessione peccati mortalis, siue de commissione illius, non possum communicare, nisi certam gesserim confessionem: quia Sacramentum possidet ius suum non admittendi ad communionem certam sine certa dispositione: sic non potest communicare, qui de suo ieiunio negatiue dubitat. Semper igitur petenti communionem incumbit onus probandi vel suam conscientiam per examen, aut confessionem certam, vel suum ieiunium per notitiam certam illius. Ita Thom. Sanchez Villalob. Bonac. Salas, Palaus apud Franc. de Lugo citat Fagund. *prac. 3. l. 3. c. 5. n. 18.* quos ipse Lugo sequitur.

350 *Confessio.* Confitens addiderim, si scis, te comedis, sed dubitas, num fuerit post mediam noctem, mi-

nime communicare posse; quia possessio stat pro praecepto, tibi que incumbit onus probandi ieiunium certum, quod non poteris probare dum est dubium negatiuum.

PROBL. LXXVII.

Dubium quis habet positium circa ieiunium: communicare potest, & communicare non potest.

351 *Non potest communicare.* Probabiliter opinans circa ieiunium, commu- nicare non potest, si sit utraque pars probabi- lis, quod suppetant probabilia partis utriusque fundamenta, nimirum diuersae coniecturae, vel horologia diuersa, quae diuersimode designant mediam noctem. Quia sicut datur Sacramen- tum certum, & non solum probabile: sic dispo- sitio certa, & non solum probabilis praerequitur: & tanti Sacramenti reuerentia postulat, ut nullus ad illud accedat probabiliter indispotus, quam- vis probabiliter dispositus sit. Quare posita spe- culatiua probabilitate utriusque partis praualere debet in praxi tum possessio, tum Sacramenti reuerentia. Sic Merol. *tom. 1. d. 3. cap. 3. corol. 1. t. n. 139. Manuël in sum. tom. 1. c. 105. n. 6. Salas 1. 3. ar. 8. d. 1. sect. 25. n. 264. Quorum sententiam Diana part. 4. tract. 3. resol. 19. ait esse probabilem.*

352 *Communicare potest.* Probabiliter opinans circa ieiunium commu- nicare potest. Quia sufficit assensus probabilis ad reddendam licitam operationem: & quoad obseruationem praeceptorum licite sequimur conscientiam probabilem. Quare si nullum sit horologium, & aliquis ex indicis vel mensuris, vel suarum operationum mora probabiliter iudi- cauerit, se non comedis, nec bibisse post me- diam noctem, quamvis ex aliis indicis videat, oppositum esse probabile, Eucharistiam susci- pere poterit. Vbi autem plura sunt horologia mediocriter composita cum solis cursu, vnum- quodque (dum eius error non constet) facit probabilem opinionem circa designationem tempo- ris; non enim habemus signa certiora, quibus probabiliter regulemus. Nec plura horologia tollunt pauciorum probabilitatem; quia possunt pauciora, vel vnicum ex parte regulantis, vel ex aliis circumstantiis plurium auctoritatem aequa- re. Ita Fagund. *prac. 3. l. 1. cap. 10. n. 3. Villalob. tom. 1. tract. 1. diff. 2. n. 7. Ioan. Sanct. d. 2. n. 7. Trul. l. 3. decal. c. 2. dub. 4. n. 8. Thom. Sanch. l. 2. de Matr. d. 41. n. 40.*

353 *Hanc tenet sententiam.* Hanc teneo sententiam, dummodo circa vnam communionem vnicum horologium se- quamur, nec in eodem numero casu opinionem variemus. Monco, quoties est vnicum horo- logium (vel iam vnum elegi sequendum) non posse Eucharistiam accipere, si quando cepit so- nare hora duodecima, quae designat mediam no- ctem aliquid comedam, aut bibam. Quia cum primus pulsus horae sonat, iam hora praeterita fuit expleta: reliqui vero pulsus adduntur, quo- niam hora duodecima nequit vnicus pulsus signi- ficari, sicut indicatur hora prima. Quare si quis velit die sequenti communicare, ac in ore habeat buccellam, vel aquam dum audit primum horae pulsus duodecimae, debet mox ex ore proicere quicquid habet cibi vel potus: nam si quid de- glutiat

Sectio II. De Eucharistiâ, Problemata. 69

glotias, et post ultimum pulsus nihil traiciat, iam ieiunium violauit. Imò quoties ante pulsus maiores horarum sonant quatuor pulsus leuiores ad designandum iam esse finitos quatuor horæ quadrantes : à primo talium pulsus sequens incipit hora: unde quando sonat hora mediana noctis si quis deglutiat aliquid post primum pulsus quadrantium, iam ieiunus non erit, quia aliquid post mediam noctem traicit.

PROBL. LXXVIII.

Pontifex nocte Natalis Domini dispensat, & non dispensat in ieiunio cum Cardinali celebrante primam Missam post matutinum in sacello Pontificio.

354 **D**ispensat proculdubio. Quia reuera tota Missa finiri adest ante mediam noctem, ut Cardinales opportune die sequenti possint ad tertiam Missam, quam celebrat solemniter Pontifex conuenire. Sic Pasqualig. & Martinon, quos refert & sequitur Franc. de Lugo de sacram. l. 4. cap. 7. §. 6. n. 61. Fateor, raro Pontificem dispensare, sed Iulius III. cum Carolo V. dispensauit ob stomachi debilitatem, ut refert Favian. de Euchar. l. 1. de bello Belg. Et Paulus V. cum quadam Matrona Lemouicensi, ut scribit Martinon. tom. 3. d. 35. n. 64. Quenam ergo repugnancia subest, ut cum Cardinali illo non dispense? Imò Pasqualig. asserit, quotannis expeditioni Breue dispensationis particularis.

355 **N**on dispensat, cum Cardinali illo Pontifex, sed pro illo loco, & pro nocte illa non nihil sequens dici anticipari. Quia ieiunium solum esse debet intra diem illum, quando verò dies incipiat pendet ab hominum placito, quorum varij initium assignant: Ecclesia computat à mediâ nocte, & eadem potest aliquando diem ab aliâ horâ iustis de causis computare; quales vique suppetunt, ut Pontifex per duas horas illius diei pro loco illo initium anticipet. Quod autem de facto dies Natalis anticipetur, patet: Quia si Missa illa dici censetur intra Vigiliam, non satisfacere præcepto audiendi Missam in die natalis, qui Missam illam audirent: Quod contra Pontificis mentem esse videtur, qui Missam illam pro festiuitate Natalis facit celebrari. Ita Aucta de Euchar. q. 8. sect. 8. Diana p. 7. tract. 12. resol. 12. Card. de Lugo d. 15. n. 56.

356 **H**aud dubito, quin Pontifex possit in hoc casu, vel anticipare diei principium, vel dispensare cum Cardinali illo, siue ut non ieiunus celebret, & siue ut ieiunus celebret bis in vigilia & bis in die Natalis iuxta varias sententias, quas breuitati consules prætermisi. Questionem verò de facto valde dubiam inuenio; quia nec Pontifex facis suam exprimit voluntatem, nec omnes foras Pontifices eandem habuere, nec omnes Cardinales in tali celebratione eandem seruant praxim, aut eandem sequuntur opinionem. Unde illationes inde deductæ dubiæ prorsus redduntur. Porro quod Pasqualig. de Breui quotannis expeditio solto refert, falsum putarim. Nam officiales Curie rogati negant Breuis alicuius pro Missâ noctis Natalis expeditionem. Cum autem video Ecclesiasticam institutum in

choandi diem à mediâ nocte, sic esse ubique fixum, & vniuersaliter receptum, ut nunquam, & nusquam immutari, vel dispensari nouerim, cum tamen ieiunium ante communionem sæpè non obliget, & aliquando dispensetur: facilius mihi persuadeo dispensationem, quam talem anticipationem diei asserere.

PROBL. LXXIX.

Ad scandalum vitandum, potest quis & non potest non ieiunus communicare.

357 **V**idimus sect. 1. hanc legem, seu regulam denegantem non ieiunus communionem, aliquas exceptiones pati. Querimus in primis num ob scandalum vitandum quis possit non ieiunus Eucharistiam recipere? non potest. Quia regulariter scandalum non obicitur ex hoc quod homo ieiunus non sit cum facili occurrat excusatio: Dum me diluerem aquæ stillam traice, stomachi, aut capitis debilitate pressus cibum, aut potum sumpsi. Sic Nauar. cap. 21. num. 53. & communiter Doctores huius exceptionis non gerunt mentionem.

358 **O**b scandalum vitandum (quod quidem non raro accidere solet) & aliter vitari non possit, cessat obligatio præmittendi ante communionem ieiunium. Quia huic animarum salus, & charitatis obligatio præfertur. Ita Card. de Lugo d. 15. n. 70. Suar. d. 68. sect. 1.

359 **I**dem assero, quia hæc exceptio vitandi verum scandalum graue actuum, locum habet in omnibus præceptis, ubi contrarium non est intrinsecè malum. Idem dixerim si sequatur infamia, ad quam vitandam Sacerdos celebrare, & laicus communicare posset. Quia communiter leges positivæ non obligant cum famæ vel honoris discrimine.

PROBL. LXXX.

Ad implendum communionis annuæ præceptum: potest, & non potest non ieiunus communicare.

360 **C**um quis agitudine premitur debilitatis maxima, & licet lecto non addicatur nequit quotidianam omittit, nec differre refectionem sine graui damno. Potest ne hic ieiunio soluto, ad implendum Ecclesiæ præceptum communicare? Potest quidem. Quia hoc in casu communionis præceptum tam utile homini debet reuerentia, & mysterio ieiunij præualere. Sic Tolet. l. 2. c. 28. n. 3.

361 **M**inimè potest. Quia Ecclesia suo præcepto non censetur obligare illum, qui non ieiunus nequit Eucharistiam accipere. Ita Præposit. 3. p. q. 80. art. 8. dub. 2. n. 42. Diana p. 4. resol. 104.

362 **E**xistimo huiusmodi infirmum expectare debere, donec possit ieiunio præmissio communicare.

PRO

PROBL. LXXXI.

Quis Eucharistiam ager per modum viatici non ieiunus accipit: vult rursus ex deuotione communicare: Certè debet, & non debet ieiunium praeferre.

363
Minimè potest.

Minimè potest. Quia idè moribundus potest communicare haud praemisso ieiunio, quod praecipuum recipiendi viaticum praeualere praecipuo praemittendi ieiunium communioni, quando non potest utrumque simul asseruari. Sed quando semel infirmus in eo periculo mortis viaticum suum ieiunus siue non ieiunus recepit, iam praecipuum communionis pro tunc non viget, cum iam sit impletum. Ergo nihil excusat à praecipuo praemittendi ieiunium communioni, quod omnem planè communionem ex deuotione factam comprehendit. Nec vilis casus excipi per epikeiam potest, nisi sit euidens in illo rationem legis cessare contrarie: quod in nostro casu non constat. Sic Vasq. d. 2. i. n. 46. Ioan. de la Cruz in direct. part. 2. tractat. de Eucharistia, questio. 5. dub. 4. conc. 3.

364
Potest planè.

Potest planè. Quia ratio talis exceptionis non est sola necessitas adimplendi praecipuum diuinum Communionis, sed etiam necessitas morientis, qui tunc oppugnat vehementius, & eger auxiliis, roboreque tanti Sacramenti, quod potissimum ad conseruandam vsque ad finem gratiam ordinatur. Ita Suar. d. 6. s. sect. 5. Henric. cum multis l. 8. cap. 4. num. 1. Nuñus q. 80. art. 8. Coninch. ibi, n. 5. 3. Reginald. & Sa, quos sequitur Bonac. d. 4. sect. 6. pun. 2. n. 23. Diana p. 2. tr. 14. resolution. 75. & 77. & part. 5. tractat. 3. resolution. 37.

365
Mitem scilicet eandem.

Scio profectò, posse infirmum communicare si ieiunus sit, quoties decuerit. Certum mihi Eucharistiam deferendam aegrotis ieiunis, quoties petierint. Non me fugit, posse infirmum periculo obnoxium toties viaticum non ieiunum accipere, quoties morbus statum mutauerit, ita ut aeger, qui fuerat in periculo, conualeat aliquantulum, & inde redeat iteratum periculum; quia tunc sunt quasi diuersi morbi, noui, quae necessitatis articulus. Existimo praeterea non solum posse infirmum, sed teneri accipere viaticum si decem vel octo dies transierint, & periculum sit omnino diuersum: secus si pauciores dies intercedant. Et quidem si morbus idem & periculum idem duret pluribus diebus, non teneri moribundum, qui semel iam viaticum accepit iterum communicare, suppono. Posse autem communicare non ieiunum, si non ligatus praecipuo, velit ex deuotione cum auctoritatis secundae sententiae probabilis assero. Quod verò tempus intercedere debeat, ut aeger possit in eodem statu morbi cum sit non ieiunus communicare variè ab auctoribus definitur. Alij decem vel octo assignant dies. Alij sex. Tertio quoque die dari posse alij asserunt. Amplector Fillucij, ac Sylrij sententiam septem dierum interstitium requirementium. Nec displicet Laymani assertio, nempe ob iustam causam, nimirum si quis assuetus frequenter communicare, vel celebrare ob deuotionem, difficilè abstineat, concedi posse ei se-

quente die non ieiuno Eucharistiam, dummodo mortis periculum instare adhuc videatur.

PROBL. LXXXII.

Sacerdos non ieiunus, potest, & non potest ad communicandum moribundum, aliqui sine viatico decessurum, celebrare.

Haudquaquam potest. Quia cum hoc Sacramentum sit summae dignitatis, eius reuerentia postulat, ut nec moribundo praebatur, quando conuenienti ritu per Ecclesiam praecipuo confici non potest. Et quia Ecclesiae consuetudo sic hoc praecipuum de ieiunio praemittendo communioni, interpretatur, ut soli moribundo liceat non ieiunum communicare: nec est praxi receptum, ut Sacerdos non ieiunus celebret pro exhibendo viatico, sicut nec licet, in hoc casu sine sacris vestibus consecrare. Sic Suar. d. 6. s. sect. 5. Vasq. d. 2. i. n. 61. Henric. l. 8. c. 46. n. 1. Martinon. tom. 4. d. 35. n. 64. Bonac. cum alijs d. 4. q. 6. pun. 2. n. 24. Card. de Lugo d. 15. n. 68. & communiter recentiores.

Potest planè. Quia moriturus diuino praecipuo communicare tenetur. Ergo praecipuum diuinum debet humano praescribenti ieiunium, praeualere. Et quia praepcepta positiua praesertim humana non obligant cum notabili proximi detrimento. Et quia iura dispensant in hoc ieiunio, quando non potest infirmus ieiunus communicare, nè sine viatico decessat. Pariter ergo dispensare censetur cum Sacerdote, quando nisi celebret non ieiunus sine viatico aeger decessat. Ita Maior in 4. dist. 9. q. 3. ad Zambr. c. 4. dub. 6. n. 3. Heredia de Euch. d. 2. pun. 8. dub. 2. num. 8. Granad. 3. p. contr. 6. tr. 10. d. 8. n. 12. Et Filluc. tr. 4. n. 242. Card. de Lugo d. 15. n. 67. Diana p. 8. tr. 1. resol. 78. illam absolute, esse probabilem, asseruere.

Ego etiam existimo hanc sententiam satis esse probabilem, & quando moribundus non potest aliud Sacramentum accipere, consulo eius praxim ob summam morientis necessitatem, qui si sit in peccato, & attritus, alio medio saluari nequit. Absolutè verò primam sententiam probabiliorè reputo, quia est communi praxi recepta: at hac in re plurimum valet consuetudo.

PROBL. LXXXIII.

Quando Sacerdos post consecrationem deficit, debet, & non debet alius ieiunus aut non ieiunus Sacramentum perficere.

Potest quidem, sed non debet. Quia nec textus in Cap. Nihil 7. q. nec D. Thomas 3. p. q. 83. art. 6. ad 1. & 2. nec Missale praecipuum indicant: & multi Doctores dicunt posse, sed non addunt debere. Sic Henric. l. 8. c. 50. n. 3. lit. O, quod esse probabile Azor. tom. 1. lib. 10. c. 33. q. 1. affirmat.

Potest & debet. Quia licet textus id non praecipiat, & de-

Sectio II. De Eucharistiâ, Problemata. 71

præcipiat, certe sacrificij perfectio id exigit, ut
monit D. Thom. dicens. Debet in eo casu Missæ
celebrari per alium suppleri. At non adest Sa-
cerdos ieiunus: debet ergo hic sacrificium perficere.
Cum enim ex vna parte liceat, ut ex cõ-
muni sententia suppono: & ex aliâ parte sacrifi-
cij complementum urgeat: non excusatur Sacer-
dos ab obligatione perficiendi sacrificium incæ-
ptum (nisi forsam obster grauis aliqua difficul-
tas. Ita Nauar. c. 25. n. 86. Suar. d. 68. sect. 6.
Valq. apud Dianam p. 2. tr. 14. resol. 66. Bonac.
d. 4. q. 6. punct. 2. n. 2. & 19. Coninch. q. 80. art. 62.
& 63. dum aiunt, debere Sacerdotem etiam non
ieiunum sacrificium perficere.

Hanc sententiam probabiliorē puto, quip-
pe maior est obligatio, siue necessitas, complen-
di sacrificium quàm seruandi ieiunium ante
communione. Itã iam præscribit Rubrica Mis-
sæ de defectib. §. 10. n. 3. dicens: *In eo casu Mis-
sa per alium Sacerdotem expleatur, & in casu ne-
cessitatis etiam per non ieiunum.* Igitur si Sacer-
dos ieiunus adsit, tenetur perficere sacrificium:
si autem non adsit Sacerdos nisi non ieiunus, de-
bet hic sacrificium perficere.

PROBL. LXXXIV.

*Reliquias sacrificij potest, & non po-
test Sacerdos non ieiunus
absumere.*

Non potest. Quia cum in singulis particulis
venerum ac integrum Sacramentum conti-
neatur, non debent à non ieiuno recipi. Sic D.
Antonin. part. 3. tit. 13. cap. 6. §. 9. Rosel. v. Eu-
char. 3. §. 13. Faut Matifcon. Concil. 2. cap. 6.
iubens, hæc reliquias dare Laicis ieiun-
is.

Potest proculdubio. Quia totius hostiæ Ca-
licis licet sumptio cum ablutione subsequente
censetur vna moralis actio pertinet ad ipsam
communione decenter perficiendam. Vnde
iuxta moralem assumptionem, praxim, ac inten-
tionem Ecclesiæ censetur totam communio-
nem ieiunus peragere, qui ieiunus illam in-
choavit, & deinceps nihil sumpsit, quod ex Ec-
clesiæ ritu sumere non deberet. Itã Suar. d. 68.
sect. 6. Valq. d. 2. 1. n. 51. Fagund. præc. 1. lib. 3.
cap. 18. & præc. 3. l. 1. c. 5. m. 28. Card. de Lugo d. 15.
sect. 4. Coninch. q. 80. n. 65. Azor. Reginald. &
alii, quos sequitur Bonacin. d. 4. q. 6. punct. 2.
num. 13.

Cum coniunium illud non possit conuenien-
ter sine ablutione peragi, nec ablutio mo-
raliter potest non præcedere sumptionem
aliquius particulæ, quæ vel remanet in Calice,
vel hæret dentibus, vel in Patenâ, aut Corporali
post modum apparet: Sacerdos huiusmodi par-
ticulas absorbens post primam, aut etiam secun-
dam ablutionem, censetur ieiunus sumere secun-
dum intentionem Ecclesiæ, quæ præcipit, talem
sumptionem eo modo fieri, quo fieri moraliter
potest. Enim verò reliquias consecratæ esse pos-
sunt vel tunc in eâ Missâ sacratæ, vel in aliis
præcedentibus. Forsam de his loquitur prima
sententia; nam ad sumendas particulas in aliis
Missis consecratas, requiritur ieiunium, nisi pe-
riculum irreuerentiæ timeatur, quando reliquias

decenter non valent asseruari. Tunc certe vel
Sacerdos, vel Laicus non ieiunus potest illas ab-
sumere. At quando Sacerdos renouat Eucha-
ristiam asseruari solitam, aut purificat pyxidem,
aut quando ministrat Eucharistiam ex præcon-
secratis: potest reliquias in aliis Missis consecra-
tas cum ablutione sumere, quamvis aliquid ablu-
tionis sumatur ante Sacramentum. Quod si mi-
nistrat Sacramentum extra Missam, potest com-
municanti dare cum absolutione reliquias, ut
Missale, ac Rituale præscribunt. De reliquiis
demum consecratis in eadem Missâ secunda sen-
tentia loquitur: & quidem quoties Ecclesiæ
præscribit, aut permittit, aliquid cum Eucharistiâ
sumi, vel ante illam: non violatur tali sumptione
ieiunium ab Ecclesiâ præscriptum, licet naturale
rigor osum violetur. Vnde probari non debet
sententia secunda ex eo quod sufficit, ut Sacer-
dos ieiunus illam incipiat actionem, etsi ieiunus
non sit ante singulas eius partes. Nam inde se-
queretur, posse Sacerdotem post sumptam Hos-
tiam, antequam sumat sanguinem, aliquid co-
medere sine ieiunij violatione. Itaque non suf-
ficit per se loquendo, præmitti ieiunium ante re-
lem actionem inchoatam: sed continuari debet
singulas illius actionis partes. Amplicter verò
hanc sententiam, & eius fundamentum reputo fir-
mum, quatenus post violatum ieiunium natura-
le, rigor osum, adhuc censetur Sacerdos ieiunus
ad sumendas reliquias eius Missæ, qui nihil prius
sumpsit, nisi iuxta præscriptum ritum Ec-
clesiæ.

PROBL. LXXXV.

*Si grandiuscula sint particule absorbi
possunt, & non possunt post
ablutionem.*

Rogas, cuius quantitatis futuræ sint reli-
quias, ut sumi valeant post ablutionem. Cer-
te si grandiusculæ sint, non possunt post ablu-
tionem absorbi, sed debent asseruari. Quia si ab-
sumantur, secunda videbitur non ieiuno exhiberi
communio. Sic Sotus in 4. distinct. 12. quæst. 1.
art. 8.

Non est quantitas aut numerus attendendus
sed solum an sint reliquias præsentis sacrificij, an
præteriti. Quia vel minutissima reliquia totum
continet saluatorem. Ita communiter Doctores
viri asserit Franc. de Lugo de Sacram. l. 4. c. 7. q. 9.
num. 96.

Profectò minutæ reliquias quamvis sint sacri-
ficij præteriti, vix possunt commodè reseruari, Quid fa-
ciat sapientius sumi poterunt, ut Coninch. q. 80. q. 4.
n. 68. docet. Maiores reliquias sacrificij præter-
tis sumi poterunt, etsi consultius reseruarentur,
quando commodè poterunt asseruari, vti Lay-
manus lib. 5. tractatu 4. capite 6. numero 22. an-
notauit.

PRO

ESCOBAR
Theod. Mor.
Tom. II. IV
F. IV

PROBL. LXXXVI.

*Hæ reliquiae sumendae sunt, & sumendae
necessario non sunt in
continenti.*

378 **R**esum requireris, intra quod tempus pos-
sint hæ reliquiae sumi? In continenti su-
mendae sunt, nimirum antequam Calix in altari
reponatur. Quia si sumptio differatur, ad id
conuiuium hæ reliquiae pertinere non videbun-
tur. Sic Henricus cum multis lib. 8. cap. 50. nu-
mero 2.

379 **Q**uia quamvis ibi moratus sit Sacerdos dispen-
sando Sacramentum, nondum censetur suum
ministerium expleuisse, & adhuc una moralis
actio sacrificandi continuatur. Ita cum aliis
Diana p. 3. tr. 4. resol. 45.

380 **S**ecundam sententiam ut probabilioram am-
plicitor. Nam dum Sacerdos ab altari non rece-
dit, actionem illam ad idem sacrificium pertinere
non dubito.

PROBL. LXXXVII.

*In Sacristia dum Sacerdos vestes retinet
sacras, potest, & non potest, reliquias
cuiusvis magnitudinis inuentas in Ca-
lice, vel in Patenâ absumere.*

381 **P**otest quidem. Quia adhuc talis sumptio
pertinet ad perfectam eiusdem sacrificij con-
summationem, quod nondum est perfecte con-
summatum ob illas reliquias inaduertenter re-
lictas. Sic Granad. 3. p. controu. 6. tract. 10. dist. 8.
num. 11. Fabris in manua. cap. 1. num. 142. Magal.
in promptuar. tom. 2. v. Eucharistiam suscipere.
num. 24.

382 **M**inimè potest. Quia iam Sacerdos suum
ministerium expleuit, & ideo non censetur ead-
em moraliter actio, sed secunda communio
contra præceptum bis eadem die non commu-
nicandi. Ita Coninch. q. 80. num. 64. Cardin. de
Iugo d. 15. num. 32. Villalob. Fagund. Ioan. de la
Cruz quos refert, & sequitur Diana part. 5.
tractat. 14. resol. 43. & part. 6. tractat. 6. reso-
lut. 17.

383 **H**oc probabilius, sed in praxi difficile, nisi
promptus sit alius Sacerdos, qui in eodem Cali-
ce celebrat, sumatque reliquias in eo, vel in Pa-
tenâ, vel in Corporali repertas. Si verò reliquiae
commode nequeant asservari (vix sæpe accider)
etiam in sacristiâ, & exutus vestibus sacris, po-
terit Sacerdos illas absumere ob maiorem irre-
uerentiam vitandam. Quod si Sacerdos particu-
las reperiat, quos dubitet esse consecratos, sume-
re potest illas post communionem, vel etiam
post ablationem: nam eadem actio reputatur.
Quod Bonacin. d. 4. quest. 6. punct. 2. num. 16. ad-
uertit.

PROBL. LXXXVIII.

*Præfata reliquiae inuenta post ablationem
in patenâ, Calice, aut Corporali, pos-
sunt, & non possunt laicis, qui iam tunc
communicarunt, cum ablatione mini-
strari.*

384 **P**ossunt quidem. Quia illa sumptio propter
paruum moram censetur eadem actio mora-
lis cum sumptione hostiolarum, quam ieiunus acce-
pit. Sic Sotus in 4. dist. 12. quest. 1. art. 8. Henricus
lib. 8. cap. 50. num. 2. Si laici sint ieiuni. Philibert.
Marchin, asserit posse cum ablatione ministrari.
de Sacram. Ordin. tract. 3. par. 3. cap. 3. n. 16.

385 **M**inimè possunt. Quia talis sumptio cen-
setur secunda communio, quæ licita non est: Ita
Diana cum aliis p. 6. tr. 6. resol. 23.

386 **E**go vero cum Coninch quest. 80. num. 7. &
Fillucio tract. 4. num. 241. distinguo. Si laici post
communione sumptionem ablationem, vel si-
nietine iam communionem ante ablationem,
haud possunt eis reliquiae exhiberi; quia harum
sumptio non pertinet ad ipsorum ministerium,
quod in ipsa communione completur, & ideo
non possunt rursus communicare. Si tamen si-
mul dentur cum priori formulæ ablatione, cen-
setur una moralis communio, ideoque licebit.
Et Rituale Romanum præscribit, ut post datam
Eucharistiam infirmo detracta ablutio postquam in
aqua illa Sacerdos digitos diluit. Imò assollet si-
mul vas, in quo delatum fuit Sacramentum di-
lui. Quia nondum censetur communio finita,
donec ablutio sumatur, quasi moraliter hæc ad
eamdem communionis actionem ex Ecclesiae ritu
pertineat.

CAPVT XVI.

Circa Eucharistia necessitatem.

PROBL. LXXXIX.

*Eucharistia est, & non est medium neces-
sarium ad primam iustificationem.*

387 **E**COLO ex se. duplicem distingui
necessitatem, alteram præcepti, alteram
medij. Necessitas præcepti dicitur, supponit
quæ subest, ad vitandum nouum peccatum. Sic
omnia, quæ sub graui culpa præcipiuntur, sunt
necessaria necessitate præcepti. Necessitas me-
dij, vel remedij, vel salutis, vel finis est, quæ po-
titiue conducit ad æternam salutem: quia politiue
apponit medium necessarium ultimo fini conse-
quendo: sic contritio, gratia iustificans, & ex-
citans, ac perseverantia finalis, sunt necessaria
necessitate medij; quia politiue conferunt ad re-
generationem spiritualem, & ad æternæ beati-
tudinis consecutionem. Igitur ad questionem.

388 **E**ucharistia est medium ad primam iustifica-
tionem necessarium saltem in voto. Quia per
Baptismum ordinatur homo ad Eucharistiam, &
ideo eo ipso quod pueruli sacrâ vndâ alluuntur,
per